

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

XXXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](#)

XXX.

EX ROTULO MONASTERII S. PETRI.

ANTE ANNUM MCXXIII.

**A**dalbero de Adalhusen tale premium quale visus est habere apud ipsam villam beato Petro tradidit. Aderant huic traditioni *Dominus Conradus. Frater Bertholdi Dux. Erkenboldus de Hahperch. Conradus de Buchheim. Erkenboldus de Vorcheim. Heinricus de Dietfort. Waltherus de Wilheim.*



XXXI.

NOTITIA CONCAMBII BONORUM INTER ECCLESIA  
SIAM S. PETRI ET HUGONEM DE CASTELLO  
MILITEM.

ANNO MCXXVIII.

*Ex Rotulo San-Petrino.*

**N**otandum diligenter & nostratum memoriae commendandum concambium quod inter Ecclesiam nostram & quendam militem de familia Ducis Hugonem de Castello cella dictum, per manum ejusdem

I

Domini sui CONRADI DUCIS & *advocati nostri* confirmatum est. Pre-  
dium namqne apud *Motrisheim* quod frater suus Reginboto pro salute  
animæ suæ cum uxore sua. G. & filiis S. Petro donaverat. nec non &  
mansos suos apud *Stettin* quos idem Hugo post obitum suum nobis obtinen-  
dos tradiderat illi concessimus, nosque ab ipso quicquid apud villam  
*Teiningen* à Domino suo Duce sibi traditum seu prestitum possederat.  
omnino nihil exceptum. in commutationem antedictorum allodiorum  
aceperimus in eam rationem. ut ab ipso die omni tempore habendi, te-  
nendi, commutandi, vel quicquid de ipsis rebus ad nostram utilitatem  
cupimus. liberam in omnibus potestatem faciendi habeamus. Quam vi-  
cariam commutationem non solum ipse Hugo. verum etiam uxor ejus  
Guta. sed & filius ejus Hugo confirmaverunt. Anno Dominicæ Incar-  
nationis MCVIII. (a) apud *castrum Zaringen*. X. Kal. Apr. die vene-  
ris. presentibus & hoc factum videntibus his nobilibus hominibns. A-  
dalberto de Stüzzelingen. Heinrico de Hardegg. & fratre ejus  
Wernhero. & aliis de Familia Ducis quam pluribus.

(a) Annus hic non quadrat cum Conrado Duce, qui a. 1123. demum fratri  
Bertoldo III. successit. Suspicamur itaque numerum vicenarium omis-  
sum, adeoque Chartam ad a. 1128. reponendam esse.